

1320. q. 8. Febr.

Ex Histor. Miechov. Nathiel.

383.

109

Joannes Muscata ego sui gente Silesius,
michi abbas Tynecensis, Bice oppidum et castrum
Ptoche amisit, damnunq; resarciens, ecclesie
meae Cracoviensi Praeicta villam dedit,
iure compulsus. Terdenis iugeribus emptis,
suburbium Cracoviense bishopie fundavi, villasq;
prope Wieliczka Darsycte, et Trabki ecclesie
sue Cracoviensi emi. Me nobiles de domo
Toporum in villa Kunow comprehensum, ca-
ptam detinuerunt, evadensq; captivitatem,
exilii passus sum angustias, subordinante
michi hoc malum rege Polonia Loktek, plus
enim Venceslas regi Bohemia fauisse
creditus sum, quam Lokietkoni. Venceslas
autem rege Bohemia in Olumuniceo occiso,
Vladislaw me sibi omnibus modis reconci-
liavit, statimq; privilegia nova ecclesie
Cracoviensi, mei gratia concessa, antiqua
etiam confirmavit. Petczysha cum villis
restituit, pro damnis tercentas marcas ar-
genti michi dedit, donec satisfactione mi-
hi data, per me fuit absolutus. Vivens
elegi michi hanc sepulturam, Cracoviaeq; mo-
riens octava februarii, hoc sub lapide sum
sepultus, anno Domini, millesimo tercente-
simo vigesimo. Praefui ecclesie Cracoviensi
annis viginti sex, in ordine episcoporum
viginti quatuor.

Monastica.

Lisowski.

197

Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.